



# ВѢСТНИКЪ

## ПЕРЕМЬІСКОИ ЕПАРХІИ

Рокъ 1889.

Выдано 30. Марта.

Ч. III.

Ч. 9.

По поводу щасливо уkońченого Ювилея 50 лѣтнаго священства отзыває ся Свѧтыйшій Отець Папа Левъ XIII. до Вѣрныхъ своихъ дѣтей цѣлого свѣта въ слѣдующій способъ?

Ч. 13. юрд.

VENERABILES FRATRES DILECTI FILII  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Exeunte jam anno, cum natalem sacerdotii quinquagesimum, singulari munere beneficioque divino, incolumes egimus, sponte respicit mens Nostra spatium prae teritorum mensium, plurimumque totius hujus intervalli recordatione delectatur. Nec sane sine causa: eventus enim, qui ad Nos privatim attinebat, idemque nec perse magnus, nec novitate mirabilis, studia tamen hominum inusitato modo commovit, tam perspicuis laetitiae signis, tot gratulationibus celebratus, ut nihil optari majus potuisset. — Quae res certe pergrata Nobis perque jucunda cecidit: sed quod in ea plurimi aestimamus significatio voluntatum est, religionisque liberrime testata constantia. Ille enim Nos undique salutantium concentus id aperte loquebatur, ex omnibus locis mentes atque animos in Jesu Christi Vicarium esse intentos: tot passim prementibus malis, in Apostolicam Sedem, velut in salutis perennem incorruptumque fontem, fidenter homines intueri: et quibuscumque in oris catholicum viget nomen, Ecclesiam romanam, omnium Ecclesiarum matrem et magistrum, coli observarique, ita ut aequum est, ardenti studio ac summa concordia. — His de causis per superiores menses non semel in caelum suspeximus. Deo optimo atque immortali gratias acturi, quod ethanc Nobis vivendi usuram, et ea, quae commemorata sunt, curarum solertia benignissime tribuisset: per idemque tempus, cum sese occasio dedit, gratam voluntatem nostram, in quos oportebat, declaravimus. Nunc vero extrema anni ac celebritatis renovare admonent accepti beneficij memoriam: atque illud peroptato

Окружне посланіе  
Его Святости Папы  
Льва XIII зъ поводу  
заключення року  
ювилейного.

contingit, ut Nobiscum in iterandis Deo gratiis Ecclesia tota consentiat. Simul vero expetit animus per has litteras publice testari, id quod facimus, quemadmodum tot obsequii, humanitatis, et amoris testimonia ad leniendas curas molestiasque Nostras consolatione non mediocri valuerunt, ita eorum et memoriam in Nobis et gratiam semper esse victuram. — Sed majus ac sanctius restat officium. In hac enim affectione animorum, romanum Pontificem alacritate insueta colere atque honorare gestientium, numen videmur nutumque Ejus agnoscere, qui saepe solet atque unus potest magnorum principia bonorum ex minimis momentis elicere. Nimirum providentissimus Deus voluisse videtur, in tanto opinionum errore, excitare fidem, opportunitatemque praebere studiis vitae potioris in populo christiano revocandis. Quamobrem hoc est reliqui, dare operam ut, bene positis initiis, bene cetera consequantur: enitendumque, ut et intelligentur consilia divina, et re ipsa perficiantur. Tunc denique obsequium in Apostolicam Sedem plene erit cumulateque perfectum, si cum virtutum christianarum laude conjunctum ad salutem conduceat animorum: qui fructus est unice expetendus perpetuoque mansurus.

Ex hoc summo apostolici munera gradu, in quo Nos Dei benignitas locavit, patrocinium veritatis saepenumero, ut oportuit, suscepimus, conatique sumus ea potissimum doctrinae capita exponere, quae maxime opportuna eque re publica viderentur esse. ut quisque, veritate perspecta, pestiferos errorum afflatus, vigilando cavendoque, defugeret. Nunc vero, uti liberos suos amantissimus parens, sic Nos alloqui christianos universos volumus, familiarique sermone hortari singulos ad vitam sancte instituendam Nam omnino ad christianum nomen, praeter fidei professionem. necessariae sunt christianarum artes exercitationesque virtutum; ex quibus non modo pendet sempiterna salus animorum, sed etiam germana prosperitas et firma tranquillitas convictus humani et societatis. — Jamvero si quaeritur qua passim ratione vita degatur, nemo est quin videat, valde ab evangelicis praceptis publicos mores privatosque discrepare Nimis apte cadere in hanc aetatem videtur illa Joannis Apostoli sententia, *omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitae.* \*) Videlicet plerique, unde orti, quo vocentur, oblii, curas habent cogitationesque omnes in haec imbecilla et fluxa bona defixas: invita natura, perturbatoque ordine, iis rebus sua voluntate serviant, in quas dominari hominem ratio ipsa clamat oportere. — Appetentiae commodorum et deliciarum comitari proclive est cupiditatem rerum ad illa adipiscenda idonearum. Hinc effrenata pecuniae aviditas, quae efficit caecos quos complexa est, et ad explendum quod exoptat inflammata rapitur, nullo saepe aequi iniqui discrimine, nec raro cum alienae inopiae insolenti fastidio. Ita plurimi, quorum circumfluit vita divitiis, fraternitatis nomen cum multitudine usurpant. quam intimis sensibus superbe contemnunt. Similique modo elatus superbia animus non legi subesse ulli, nec ullam vereri potestatem conatur: merum amorem sui libertatem appellat. *Tamquam pullum onagri se liberum natum putat.* \*\* — Accedunt vitiorum illecebrae ac perniciosa invitamenta peccandi: ludos scenicos intelligimus impie ac licenter apparatos: volumina atque ephemeras ludificandae virtuti, honestandae turpidini composita; artes ipsas, ad

\*) I Ep. 11. 16.

\*\*) Job. XI. 12.

usum vitae honestamque oblectationem animi inventas, lenocinia cupiditatum ministrale jussas. Nec licet sine metu futura prospicere, quia nova malorum semina continenter velut in sinum congeruntur adolescentis aetatis. Nostis morem scholarum publicarum: nihil in eis relinquitur ecclesiasticae auctoritati loci: et quo tempore maxime oporteret tenerrimos animos ad officia christiana sedulo studiosequè fingere, tum religionis praecepta plerumque silent. Grandiores natu periculum adeunt etiam majus, scilicet a vitio doctrinae: quae saepe est eiusmodi, ut non ad imbuendam cognitione veri, sed potius ad infatuandam valeat fallacia sententiarum juventutem. In disciplinis enim tradendis permulti philosophari malunt solo rationis magisterio, omnino fide divina posthabita: quo firmamento maximo uberrimoque lumine remoto, in multis labuntur, nec vera cernunt. Eorum illa sunt, omnia, quae in hoc mundo sint, esse corporea: hominum et pecudum easdem esse origines similemque natram: nec desunt qui de ipso summo dominatore rerum, ac mundi opifice Deo dubitant, sit necne sit, vel in ejus natura errant. ethnicorum more, deterreme. Hinc demutari necesse est ipsam speciem formamque virtutis, juris, officii. Ita quidem, ut dum rationis principatum gloriose praedicant, ingeniique subtilitatem magnificentius efferunt, quam par est, debitas superbiae poenas rerum maximarum ignorante uant. Corrupto opinionibus animo, simul insidet tamquam in venis medullisque corruptela morum; eaque sanari in hoc genere hominum sine summa difficultate non potest, propterea quod ex una parte opiniones vitiosae adulterant judicium honestatis, ex altera lumen abest fidei christiane, quae omnis est principium ac fundamentum justitiae.

Ex ejusmodi causis quantas hominum societas calamitates contraxerit, quotidie oculis quodammodo contemplamur. Venena doctrinarum proclivi cursu in rationem vitae resque publicas pervasere: *rationalismus, materialismus, atheismus* peperere *socialismum, communismum, nihilismum*: tetras quidem funestasque pestes, sed quas ex iis principiis ingenerari non modo consentaneum erat, sed prope necessarium. — Sane, si religio catholica impune rejicitur, cuius origo divina tam illustribus est perspicua signis, quidni quaelibet religionis forma rejiciatur, quibus tales assentiendi notas abesse liquet? Si animus non est a corpore natura distinctus, proptereaque si, intereunte corpore, spes aevi beati aeternique nulla superest, quid erit causae quamobrem labores molestiaeque in eo suscipientur, ut appetitus obedientes fiant rationi? Summum hominis erit positum bonum in fruendis vitae commodis potiundisque voluptatibus. Cumque nemo unus sit, quin ad beatae vivendum ipsius naturae admonitu impulsuque feratur, jure quisque detraxerit quod cuique possit, ut aliorum spoliis facultatem quaerat beate vivendi. Nec potestas ulla frenos est habitura tantos, ut satis cohibere incitatas cupiditates queat; consequens enim est, ut vis frangatur legum et omnis debilitetur auctoritas, si summa atque aeterna ratio jubentis vetantis Dei repudietur. Ita perturbari funditus necesse est civilem hominum societatem, inexplebili cupiditate ad perenne certamen impellente singulos, contendentibus aliis quaesita tueri, aliis concupita adipisci.

Huc ferme nostra inclinat aetas. — Est tamen, quo consolari conspectum praesentium malorum, animosque erigere spe meliore possimus. Deus enim *creavit ut essent omnia, et sanabiles fecit nationes orbis terrarum.* \*) Sed sicut omnis hic

mundus non aliter conservari nisi numine providentiaque ejus potest, cuius est nutu conditus. ita pariter sanari homines sola ejus virtute queunt, cuius beneficio sunt ab interitu ad vitam revocati. Nam humanum genus semel quidem Jesus Christus profuso sanguine redemit, sed perennis ac perpetua est virtus tanti operis tantique muneric: *et non est in alio alio salus.* \*) Quare qui cupiditatum popularium crescentem flammarum nituntur oppositu legum extinguere, ii quidem pro iustitia contendunt: sed intelligent, nullo se fructu aut certe per exiguo laborem consumpturos, quamdiu obstinaverint animo respuere virtutem Evangelii, Ecclesiaeque nolle advocatam operam. In hoc posita malorum sanatio est, ut. mutatis consiliis, et privatim et publice remigretur ad Jesum Christum, christianamque vivendi viam.

Jamvero totius vitae christiana summa et caput est, non indulgere corruptis saeculi moribus, sed repugnare ac resistere constanter oportere. Id *auctoris fidei et cosummatoris* Jesu omnia dicta et facta, leges et instituta, vita et mors declarant. Igitur quantumvis pravitate naturae et morum longe trahamur alio, curramus oportet *ad propositum nolis certamen armati et parati eodem animo eisdemque armis, quibus Ille, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* \*) Proptereaque hoc primum videant homines atque intelligent quam sit a professione christiani nominis alienum persequi, uti mos est. cujusquemodi voluptates, horrere comites virtutis labores, nihilque recusare sibi, quod sensibus suaviter delicateque blandiatur. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis:* \*\*) ita ut consequens sit, Christi non esse, in quibus non exercitatio sit consuetudoque patiendi cum aspernatione mollium et delicatarum voluptatum Revixit enim homo infinita Dei bonitate in spem bonorum immortalium, unde exciderat, sed ea consequi non potest, nisi ipsis Christi vestigiis ingredi conetur, et cogitatione exemplorum ejus mentem suam moresque conformet. Itaque non consilium, sed officium, neque eorum dumtaxat, qui perfectius vitae optaverint genus, sed plane omnium est, *mortificationem Jesu in corpore quemque suo circumferre.* \*\*\*) -- Ipsa naturae lex, quae jubet hominem cum virtute vivere, qui secus posset salva consistere? Deletur enim sacro baptimate peccatum, quod est nascendo contractum, sed stirpes distortae ac pravae, qua peccatum insevit, nequaquam tolluntur. Pars hominis ea, quae expers rationis est, etsi resistantibus viriliterque per Jesu Christi gratiam repugnantibus nocere non possit, tamen cum ratione de imperio pugnat. omnem animi statum perturbat, voluntatemque tyrannice a virtute detorquet tanta vi, ut nec vitia fugere nec officia servare sine quotidiana dimicazione possimus. *Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel somitem, haec sancta synodus fatetur ac sentit, quae cum ad agonem relicita sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Jesu Christi gratiam repugnantibus non valet; quinimo qui legitime certaverit coronabitur.* \*) — Est in hoc certamine gradus fortitudinis, quo virtus non perveniat nisi excellens, eorum videlicet, qui in profligandis motibus a ratione aversis eo usque profecerunt, ut caelestem in terris vitam agere propemodum videantur. Esto, paucorum sit tanta praestantia: sed, quod ipsa philosophia veterum praecipiebat, domitas habere cupiditates nemo non debet: idque ii maiore

\*) Act. IV. 12.

\*\*) Heb. XII, 1, 2.

\*\*\*) Galat. V, 24.

\*\*\*\*) II. Cor. IV. 10.

\*\*\*\*\*) Conc. Trid. Sess. V. can. 5.

etiam studio, quibus rerum mortalium quotidianus usus irritamenta maiora suppeditat: nisi qui stulte putet, minus esse vigilandum ubi praesentius imminet discrimen, aut, qui gravius aegrotant, eos minus egere medicina. — Is vero, qui in eiusmodi conflictu suscipitur, labor magnis compensatur, praeter caelestia atque immortalia, bonis: in primis quod isto modo, sedata perturbatione partium, plurimum restituitur naturae de dignitate pristina. Hac enim lege est atque hoc ordine generatus homo ut animus imperaret corpori, appetitus mente consilioque regerentur: eoque fit, ut non dedere se pessimis dominis cupiditatibus, praestantissima sit maximeque optanda libertas. — Praeterea in ipsa humani generis societate non appareat quid expectari ab homine sine hac animi affectione possit. Utrumne futurus est ad bene merendum propensus, qui facienda, fugienda, metiri amore sui consueverit? Non magnanimus quisquam esse potest, non beneficus, non misericors, non abstinentis, qui non se ipse vincere didicerit, atque humana omnia p[re]e virtute contemnere. — Nec silebimus, id omnino videri divino provisum consilio, ut nulla afferri salus hominibus, nisi cum contentione et dolore queat. Revera si Deus liberationem culpae et errati veniam hominum generi dedit, hac lege dedit, ut Unigenitus suus poenas sibi debitas iustasque persolveret. Iustitiaeque divinae cum Jesus Christus satisfacere alia atque alia ratione potuisset, maluit tamen per summos cruciatus profusa vita satisfacere. Atque ita alumnis ac sectatoribus suis hanc legem imposuit suo cruento sancitam, ut eorum esset vita cum morum ac temporum vitiis perpetua certatio. Quid Apostolos ad imbuendum veritate mundum fecit invictos, quid martyres innumerabiles in fidei christiana[re] cruento testimonio roboravit, nisi affectio animi illi legi obtemperans sine timore? Nec alia via ire perrexerunt, quotquot curae fuit vivere more christiano, sibique virtute consulere: neque igitur alia nobis eundum, si consultum saluti volumus vel nostrae singulorum, vel communi. Itaque, dominante procacitate libidinum, tueri se quemque viriliter necesse est a blandimentis luxuria: cumque passim sit in fruendis opibus et copiis tam insolens ostentatio, muniendus animus est contra divitiarum sumptuosas illecebras, ne his inhians animus, quae appellantur bona, quae nec satiare eum possunt, ac brevi sunt dilapsura, thesaurum amittat non deficientem in caelis. Denique illud etiam dolendum, quod opiniones atque exempla perniciosa tanto opere ad molliendos animos valuerunt, ut plurimos jam prope pudeat nominis vitaeque christiana: quod quidem aut perditae nequitiae est, aut segnitiae inertissimae. Utrumque detestabile, utrumque tale, ut nullum homini malum majus. Quaenam enim reliqua salus esset, aut qua spe niterentur homines, si gloriari in nomine Jesu Christi desierint, si vitam ex p[re]ceptis evangelicis constanter aperteque agere recusarint? Vulgo queruntur viris fortibus sterile saeculum. Revo centur christiani mores: simul erit gravitas et constantia ingenii restituta.

Sed tantorum magnitudini varietatique officiorum virtus hominum par esse sola non potest. Quo modo corpori, ut alatur, panem quotidianum, sic animae, ut ad virtutem confirmetur, nervos atque robur impetrare divinitus necesse est. Quare communis illa conditio lexque vitae, quam in perpetua quadam diximus dimicatione consistere, obsecrandi Deum habet adjunctam necessitatem. Etenim, quod est vere ab Augustino venusteque dictum, transcendit pia precatio intervalla mundi, divinamque devocat e caelo misericordiam. Contra cupiditatum turbidos motus, contra malorum daemonum insidias, ne circumventi in fraudem inducamur, adiumenta petere

atque auxilia caelestia jubemur oraculo divino, *orate ut non intretis in temptationem.* \*)  
Quanto id necessarium magis, si utilem dare operam alienae quoque saluti volumus?  
Christus Dominus, unigenitus Filius Dei, fons omnis gratiae et virtutis, quod verbis  
praecepit, ipse prior demonstravit exemplo: *erat pernoctans in oratione Dei:* \*\*) sacrificioque proximus *prolixius orabat.* \*\*\*) — Profecto longe minus esset naturae extimescenda fragilitas, nec languore mores desidiaque disfluerent, si divinum istud  
praeceptum minus iaceret incuria ac prope fastidio intermissum. Est enim exorabilis  
Deus, gratificari vult hominibus, aperte pollicitus, sua se munera large copioseque  
potentibus daturum. Quin etiam invitat ipsem petere, ac fere lacescit amantissimis  
verbis: *ego dico vobis, petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis.* †) Quod ut confidenter ac familiariter facere ne vereamur, majestatem numinis sui similitudine atque imagine temperat parentis suavissimi cui nihil potius,  
quam caritas liberorum. *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona potentibus se?* ‡‡) —  
Quae qui cogitaverit, non nimium mirabitur si efficientia precum humanarum Ioann  
quidem Chrysostomo videatur tanta, ut cum ipsa potentia Dei comparari illam pu-  
et posse. Propterea quod sicut Deus universitatem rerum verbo creavit, sic homo  
mpetrat, orando, quae velit. Nihil est rite adhibitis precibus impetrabilius, quia  
nsunt in eis quaedam velut moventia, quibus placari se Deus atque exorari facile  
patiatur. Nam inter orandum sevocamus ab rebus mortalibus animum, atque unius  
Dei cogitatione suspensi, conscientia tenemur infirmitatis humanae: ob eamque rem  
n bonitate et amplexu parentis nostri acquiescimus, in virtute conditoris perfugium  
quaerimus. Adire insistimus auctorem omnium bonorum, tamquam spectari ab eo  
velimus aegrum animum, imbecillas vires, inopiam nostram: plenique spe, tutelam  
atque opem eius imploramus, qui aegrotationum medicinam, infirmitatis miseriaeque  
solatia praebere solus potest. Tali habitu animi modeste de se, ut oportet, submis-  
seque judicantis, mire flectitur Deus ad clementiam, quia quemadmodum superbis  
resistit, ita humilibus *dat gratiam.* ‡‡‡) — Sancta igitur sit apud omnes consuetudo  
precandi: mens, animus, vox precentur: unaque simul ratio vivendi consentiat, ut  
videlicet per legum divinarum custodiam perennis ad Deum ascensus vita nostra  
videatur.

Quemadmodum virtutes ceterae, ita haec etiam, de qua loquimur, gignitur  
et sustentatur fide divina. Deus enim auctor est, quae sint homini vera atque unice  
per se expetenda bona: itemque infinitam Dei bonitatem, et Jesu redemptoris merita  
eodem auctore cognovimus. Sed vicissim pia precandi consuetudine nihil est ad  
alendam augendamque fidem aptius. Cujus quidem virtutis, in plerisque debilitatæ,  
in multis extinctæ, apparet quanta sit hoc tempore necessitas. Illa enim est ma-  
xime, unde non modo *vita* privatorum petenda correctio est, sed etiam earum  
rerum judicium expectandum, quarum conflictio quietas et securas esse civitates non  
sinit. Si aestuat multitudo immodicae libertatis siti, si erumpunt undique proleta-  
riorum minaces fremitus, si inhumana beatiorum cupiditas numquam se satis con-

\*) Matth. XXVI, 41.

\*\*) Luc. VI, 12.

\*\*\*) Luc. XXII, 43.

†) Lue. XI, 9.

‡‡) Matth. VII, 11.

‡‡‡) I. Petr. V, 5.

secutam putat, et si quae sunt alia generis ejusdem incommoda, his profecto, quod alias uberior exponimus, nihil subvenire melius aut certius, quam fides christiana, potest.

Locus admonet, ad vos cogitationem orationemque convertere, quotquot Deus ad sua dispensanda mysteria, collata divinitus potestate, adjutores adscivit. Si causae indagantur privatae publicaeque salutis, dubitandum non est, vitam monesque clericorum posse plurimum in utramque partem. — Meminerint, igitur, se lucem mundi a Jesu Christo appellatos, quod *luminis instar universum orbem illuminantis, sacerdotis animam splendescere oportet.* \*) Lumen doctrinae, neque illud vulgare, in sacerdote requiritur, quia munera ejus est implere sapientia ceteros, evellere errores, ducem esse multitudini per itinera vitae ancipitia et lubrica. In primis autem vitae innocentiam comitem doctrina desiderat, praesertim quod in emendatione hominum longe plus exemplo, quam peroratione proficitur. *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* \*\*) Cujus divinae sententiae ea profecto vis est, talem esse in sacerdotibus perfectionem oportere absolutionemque virtutis, ut se tamquam speculum praebere intuentibus queant. *Nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt: cum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tamquam in speculum reliqui oculos coniiciunt, ex eisque sumunt, quod imitantur.* \*\*\*) Quare si omnes homines caveant vigilanter oportet, ne ad vitiorum scopulos adhaerescant, neu consequentur res caducas appetitione nimia, appareat quanto id efficere sacerdotes religiosius et constantius debeant. — Nisi quod nec satis est non servire cupiditatibus: illud etiam sanctitudo dignitatis postulat, ut sibimetipsis acriter imperare assuescant, itemque omnes animi vires, praesertim intelligentiam ac voluntatem, quae summum in homine obtinent locum, in obsequium Christi cogere. *Qui relinquere universa disponis, te quoque inter relinquenda connumerare memento, imo maxime et principaliter abnega temetipsum.* Soluto ac libero ab omni cupidine animo, tum denique alacre et generosum studium concipient salutis alienae, sine quo nec satis consulerent suae. *Unus erit de subditis quaestus, una pompa, unaque voluptas, si quomodo possent parare plebem perfectam. Id omnibus satagent etiam multa contritione cordis et corporis, in labore et aerumna, in fame et siti, in frigore et nuditate.* Cujusmodi virtutem semper expperrectam et ad ardua quaelibet, proximorum gratia, impavidam mire sovet et corroborat bonorum caelestium contemplatio frequens. In qua sane quanto plus posuerint operae, tanto liquidius magnitudinem munera sacerdotalium et excellentiam et sanctitatem intelligent. Judicabunt illud quam sit miserum, tot homines per Jesum Christum redemptos, ruere tamen in interitum sempiternum: divinaeque cogitatione naturae in amorem Dei et intendent sese vehementius et ceteros excitabun.

Est eiusmodi cursus ad salutem communem certissimus. In quo tamen magnopere cavendum, ne qui magnitudine difficultatum terreatur, aut propter diuturnitatem malorum de sanatione desperet. Dei aequissima immutabilisque justitia et recte factis premia reservat et supplicia peccatis. Gentes vero et nationes, quoniam ultra mortalis aevi spatium propagari non possunt, debitam factis mercedem

\*) Conc. Trid. Sess. XXII, c. I. de Ref.

\*\*) S. Bernard. Declam. c. I.

\*\*\*) Id. Lib. IV, de Consid. c. 2.

ferant in terris necesse est. Utique non est novum, successus prosperos peccanti civitati contingere: idque iusto Dei consilio, qui actiones laudabiles, neque enim est ulla gens omni laude vacans, eiusmodi beneficiorum genere interdum remuneratur: quod in populo romano judicat Augustinus contigisse. Rata tamen lex est, ad prosperam fortunam omnino plurimum interesse quemadmodum publice virtus, ac nominatim ea, quae parens est ceterarum, justitia colatur. *Justitia elevat gentem: miseros autem facit populos peccatum.*<sup>\*)</sup> — Nihil attinet considerationem hoc loco intendere in victricia facinora: nec exquirere, ullane imperia, salvis rebus suis et ad voluntatem fluentibus, gerant tamen velut in imis visceribus inclusum semen misericordiarum. Unam rem intelligi volumus, cujus rei plena est exemplorum historia, iniuste facta aliquando esse luenda, eoque gravius, quo fuerint diuturniora delicta. Nos quidem magnopere illa Pauli Apostoli sententia consolatur, *Omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem Dei.*<sup>\*\*)</sup> Videlicet arcano divinae providentiae nutu sic rerum mortalium regitur gubernaturque cursus, ut, quaecumque hominibus accidunt, omnia Dei ipsius gloriae asserviant, itemque sint eorum saluti, qui Jesum Christum vere et ex animo sequuntur, conducibilia. Horum vero mater et altrix, dux et custos est Ecclesia: quae idcirco cum Christo sponso suo sicut intima atque incommutabili caritate copulatur, ita conjungitur societate certaminum et communione victoriae. Nihil igitur anxii Ecclesiae causa sumus, nec esse possumus: sed valde pertimescimus de salute plurimorum, qui, Ecclesia superbe posthabita, errore vario in interitum aguntur: angimur earum causa civitatum, quas spectare cogimur aversas a Deo, et summo rerum omnium discrimini stolida securitate indormientes. *Nihil Ecclesiae par est.... Quoꝝ Ecclesiam oppugnarunt, ipsique perierunt? Ecclesia vero caelos transcendit. Talis est Ecclesiae magnitudo: vincit impugnata, insidiis appetita superat.... luctatur nec prosternitur, pugilatu certat, nec vincitur.*<sup>\*)</sup> Neque solum non vincitur, sed illam, quam perenni haustu a Deo ipso derivat, emendatricem naturae et efficientem salutis virtutem conservat integrum, nec ulla temporum permutatione mutabilem. Quae virtus si senescentem vitiis et perditum superstitione mundum divinitus liberavit, quidni devium revocabit? Conticescant aliquando suspiciones ac simultates: amotisque impedimentis, esto jurium suorum ubique compos Ecclesia, cuius est tueri ac propagare parta per Jesum Christum beneficia. Tunc enimvero licebit experiendo cognoscere, quo lux Evangelii pertineat, quid virtus Christi redemptoris possit — Hic annus, qui est in exitu, non pauca, ut initio diximus, reviviscentis fidei indicia praedulit. Utinam istiusmodi velut scintilla crescat in vehementem flammatum, quae, absumptis vitiorum radicibus, viam celeriter expedit ad renovandos mores et salutaria capessenda. Nos quidem mystico Ecclesiae navigio tam adversa tempestate praepositi, mentem animumque in divinum gubernatorem defigimus, qui clavum tenens sedet non visus in puppi. Vides, Domine, ut undique eruperint venti, ut mare inhorrescat, magna vi excitatis fluctibus. Impera, quaesumus, qui solus potes, et ventis et mari. Redde hominum generi pacem veri nominis, quam mundus dare non potest, tranquillitatem ordinis. Scilicet munere impulsuque tuo referant sese homines ad ordinem debitum, restituta, ut oportet, pietate in Deum, justitia et caritate in proximos, temperantia in semetipsos, domitis ratione cupidita

<sup>\*)</sup> Prov. XIV, 34.

<sup>\*\*) I. Cor. III, 22—23.</sup>

<sup>\*\*\*) S. Io. Chrys. Or. post Eutrop. captum habita n. I.</sup>

tibus. Adveniat regnum tuum, tibique subesse ac servire ii quoque intelligent oportere, qui veritatem et salutem, te procul, vano labore exquirunt. Inest in legibus tuis aequitas ac lenitudo paterna: ad easque servandas ultiro nobis ipse suppeditas expeditam virtute tua facultatem. Militia est vita hominis super terram, sed ipse certamen inspectas, et adjuvas hominem ut vincat, et deficientem sublevas, et vincentem coronas. \*)

Atque his sensibus erecto in spem laetam firmamque animo, munerum caelestium auspicem et benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres et Clero populoque catholico universo apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum ipso die natali D. N. Jesu, An MDCCCLXXXVIII, Pontificatus Nostri Undecimo, LEO PP. XIII.

Що симъ до загальnoй вѣдомости подаєся.

Отъ Еп. Ординаріята.

Перемышль, дня 20 Марта 1889

Ч. 10.

Испытъ конкурсовой на бенефиція душпаstryскіи отбудеся въ Перемышли въ дняхъ 7. 8. 9. Мая и 12. 13. 14 Листопада 1889 н. с.

Ч. 1716.

Испытъ  
конкурсовый.

О чѣмъ Прч. Священъство завѣдомляє ся съ примѣчаніемъ, щобы каждый намѣряючій первый разъ поддатися тому испыту, приложилъ къ прошенію своему о позволеніе приступати до тогожъ испытъ, декретъ своего первого поставленья въ душпаstryство, а если то былобы невозможнымъ, то принаймнѣй датумъ и число консисторске тогоже декрета, такожь день и мѣсяцъ введенія въ душпаstryску службу черезъ дотычный дек. урядъ и найменше три дни передъ испытомъ предложилъ сюда свое прошеніе — а прибывши на испытъ, заосмотрілъ ся книгою св. Писанія.

Отъ Еп. Консисторіи.

Перемышль, дня 30. Марта 1889.

Ч. 11.

Ведя завѣдомленія выс ц. к. Намѣстничества зъ дня 21. Марта 1889 Ч. 16.060 выльосовані стали дня 31. Жолтня 1888 г. слѣдуючіи индемнizaційнѣ облигациі:

Ч. 1780.

О выльосованныхъ  
облигацияхъ.

Ч. 15273 на 100 зл. винкульвана на церковь въ Крыницѣ

” 2453 ” 1290	” ”	парохію Поляна.
” 5971 ” 300	” ” ”	Домашовъ.
” 8670 ” 380	” ” ”	Быківъ.

\*) Cf. S. Aug. in Ps. 32.

Ч. 10010	на 1000	вінкульована	на парохію	Лупківъ.
„ 12862	„ 50	„ „ „	Святое.	
„ 13493	„ 50	„ дочер. Батычи ad Уйковичи.		
„ 14065	„ 300	„	на парохію	Королева руска.
„ 14104	„ 100	„ „ „	Тарнава вижна.	
„ 14105	„ 250	„ „ „	Багновате.	
„ 14136	„ 50	„	дочер. Трушовичи ad Войско.	
„ 14149	„ 50	„	парохію	Руске село.
„ 14171	„ 50	„ „ „	Жиравиця.	
„ 14604	„ 900	„ „ „	Смольникъ.	
„ 14784	„ 200	„	Капитула русла въ	Перемышли.
„ 15583	„ 300	„	на парохію	Башня.
„ 16063	„ 150	„ „ „	Старесело.	
„ 16213	„ 300	„ „ „	Болестрашичи.	
„ 16354	„ 100	„ „ „	Высоцко.	
„ 15399	„ 100	„	дочерн. Черемха ad Липовецъ.	
„ 5649	„ 1700	„	церковь катедр	въ Перемышли.

Взывається Преч. душпастирбъ выльосовану Облигацію съ дотычнымъ лукомъ платничимъ для дальншого урядового споводованья въ ц. к. урядѣ податковомъ за подпискою полученя зложити и о сдѣланомъ сюда донести.

Отъ Еп. Консисторіи.

Перемышль, дня 30. Марта 1889.

Ч. 1759.

О выданю богослужебной книги, Часословъ."

Завѣдомляє ся Преч. душпастирскій Клиръ, що книга богослужебна „Часословъ“ напечатана уже зостала въ Ставропигійской печатни въ Львовѣ и получити ю можна тамже по цѣнѣ 10 зл. въ добромъ переплетѣ а за 8 зл. брошуровану.

Такъ якъ выданье тое Часослова отзначає ся подъ кождымъ взглядомъ дуже користно, а недостатокъ тогожъ отъ долшого уже часу даваль ся чути по церквахъ епархії нашої, припоручаемъ Преч. душпастирскому Клирови, закупити где того потреба згадане выданье Часослова.

Отъ Еп. Консисторіи.

Перемышль, дня 30. Марта 1889

Ч. 12.

Залягають дальше съ предплатою на Вѣстникъ епархіальний слѣдуючіи Деканаты:

Ч. 1342.

О залегlostяхъ въ предплатѣ на Вѣстникъ епарх.	Старосамборскій съ сумою Судовоишеньскій      „      1 „ 50   „ Устрицкій              „      4 „ 50   „	1 зл. 68 кр. „      50   „ „      50   „	Яворовскій съ сумою Ярославскій              „      4 „ 50   „ Яслискій              „      1 „ 50   „	14 зл. 85 кр. 4 „ 50   „ 1 „ 50   „
--	--	--	--	---

Поручаеся выжъ поименованымъ Всеч. урядамъ деканальныи наведеній належитости по можливой скорости отъ дотычныхъ должниковъ стягнути и сюда прислати.

Отъ Еп. Консисторіи.

Перемышль, дня 9. Марта 1889.

Ч 14.

Щобы завчасно выробити у ц. к. Намѣстничества титло стола, то взывається кандидатовъ священнического сана, окончившихъ богословскіи науки и приготовленыхъ уже до принятія св. Рукополаганья въ Єреи, до скорого внесенія тутъ дотычныхъ прошеній заосмотренныхъ въ свѣдоцтва: 1. рождества и крещенія 2. норовственности, 3. оконченыхъ наукъ. 4. здоровія способнаго до поношенья трудовъ душнастырскихъ. 5. убожества, затверженого отъ дотычного ц. к. Староста. 6. удоволенія войсковои повинности. 7. браковѣнчанія, если такове отбылося.

Въ своеі часѣ т. е. по послѣдившомъ призволеню титла стола окремымъ письмомъ возвани будуть до явленія ся тутъ до предварительного испыта въ цѣли принятія въ домъ пресвитеріальный. —

Отъ Еп. Консисторіи.

Перемышль, дня 24. Марта 1889.

Ч. 1591.

О св. Рукополаганю.

## ХРОНИКА.

Конкурсъ на опорожненій парохіи съ речинцемъ убѣганяся до дня 15. Червня 1889.

Ч. 1503.

1. Беньова съ дочерн. Буковецъ и доч. Сянки патр. прив. дек. Высоchanьского.
2. Береги горѣшній, право патр. почивае, дек. Затварницкого.
3. Березка съ доч. Сѣвчина и прил. Гута Березка и Ясениця Сѣвчинська, деканата Бирчаньского, право патрона почивае.
4. Бонарѣвка съ мѣстц. Буды Высоцкіи и Бережаньскіи, Бережанка, Жизнѣвъ и Годова, патр. прив. дек. Коросняньского.
5. Ветлина, патрон. приват. дек. Балигородскаго.
6. Войкова, патр. Его ц. к. Велич. дек. Мушиньского.
7. Войславичи съ дочер. Ниновичи и мѣстц. Пецикорѣвъ, патр. прив. дек. Варяжск.
8. Горянка съ доч. Воля горянська и Радѣвова, патр. прив. дек. Балигородскаго.
9. Днѣстрикъ Дубовый, патр. прив. дек. Жукотиньского.
10. Долины съ прилуч. Шимбаркъ, Шкларки, Надѣздъ, Горлицъ, Бѣчъ, патроната прив. дек. Бѣцкого.
11. Дубровка съ прилуч. Борки, Шеперки, Ярчинъ, Мостки, Жджары, Волька ма

невска, Гута, Куржина, Гольче, Дубровиця, Заръче, Зволяки, Улянѣвъ, Нѣско и Рудники, патр. прив. дек. Канчуцкого.

12. Камяна, патр. Его ц. к. Вел. дек. Мушиньского.
13. Крецѣвъ съ мѣстц. Воля крецѣвска и Ляхава, патр. прив. дек. Лѣскаго.
14. Крыве съ доч. Прислопъ, патр. прив. дек. Балигородскаго.
15. Лелюхѣвъ съ доч. Дубне, патр. Его ц. к. Велич. дек. Мушиньского.
16. Липье, патр. прив. дек. Жукотыньского.
17. Манастырецъ съ прилуч. Тершакѣвъ, Мосты, Днѣстрикъ, Свинюша, патр. приват. деканата Горожаньского.
18. Лѣщовате съ доч. Воля матѣева, патр. прив. дек. Лѣскаго.
19. Лѣщины съ доч. Кунькова и Бѣлянка, патр. прив. дек. Бѣцкаго.
20. Мервиця съ кольонію Візенбергъ, дек. Жолкѣвскаго, патр. приватнаго.
21. Милькѣвъ, патр. прив. дек. Олешицкаго.
22. Пяновичи съ доч. Максимовичи и мѣстц. Кановичи, патр. прив. дек. Самборс.
23. Прислопъ патр. прив. дек. Высочаньского.
24. Радоцина съ доч. Долге, патр. прив. дек. Дукляньского.
25. Ракова съ доч. Берестяны, дек. Старосольскаго, патр. приватнаго.
26. Райске съ доч. Городокъ. Студенне и мѣстц. Савкѣвчикъ патр. прив. д. Затв.
27. Рябе съ доч. Гучвицѣ, право патрона почивае, дек. Балигородскаго.
28. Свидникъ патр. прив. дек. Старосамборскаго.
29. Смѣльникъ съ доч. Протѣсне, право патрона почивае, дек. Затварницкаго.
30. Улично, патр. Его ц. к. Велич. дек. Дрогобыцкаго.
31. Устрики горѣшнѣ съ доч. Волосате, Ступосяны, Берѣжки, пат. пр. д. Затварн.
32. Хмѣль, право патр. почивае, дек. Затварницкаго.
33. Шумячѣ, патр. прив. дек. Высочаньского.
34. Царинське съ доч. Насѣчне, право патрона почивае, дек. Затварницкаго.
35. Чорнорѣки, патр. прив. дек. Коросняньского.
36. Явбрникъ, патр. прив. дек. Яслискаго.
37. Яслиска Воля съ доч. Яслиска Воля выжна, патр. Преосв. Еп. обр. лат. въ Перемышли, дек. Яслискаго.

Отъ Еп. Консисторії.

Перемышль, дня 16. Марта 1889.

### Завѣдательства получили:

- Ч. 1417 Гмитраевицъ Іоаннъ на парохію Смѣльникъ, дек. Затварницкаго.  
Ч. 1694 Кобздай Володимиръ на парохію Гочевъ, дек. Балигородскаго.

### До каноничної институції завозвани:

- Ч. 1538 Гамерскій Іоаннъ на парохію Целня, дек. Сяноцкаго.  
Ч. 1547 Голіянъ Іоаннъ на парохію Рыботычи, дек. Добромильскаго.  
Ч. 1578 Яремкевичъ Александръ на парохію Боратынъ, деканата Порохницкаго.

- Ч. 1635 Зубрицкій Михаилъ на парохію Мшанець, дек Жукотинського.
- Ч. 1645 Полянскій Володимиръ на парохію Терепча, дек. Сяноцкого.
- Ч. 1656 Рудавскій Антоній на парохію Гаї, дек. Дрогобицкого.
- 
- Ч. 1554 Презенту на парохію Гладышовъ, дек. Бѣцкого получилъ тамошній завѣдатель Петро Цепинській.
- 
- Ч. 1590 Шемердякъ Іоаннъ новопоставленый пресвітеръ получилъ сотрудничество парохіи въ Волчи дольной, дек. Старосольського.
- 
- Ч. 1694 Каноничну інституцію на парохію Волиця, дек. Сяноцкого, получилъ Димитрій Венгриновичъ.
- 
- Ч. 1534 Маляркевичъ Алексій, парохъ въ Кохановцѣ, дек. Яворовскаго получилъ изъ стороны Еп. Консисторіи за заходы и труды около будовы новой дерев. церкви въ матерной Кохановка, полну признательность, а всѣ Члены тойже парохіи Архіерейске благословеніе за жертволовіе для Славы Божой и привязанье до свого св. обряда.
- 
- Ч. 1754 Святейшій Отецъ Папа Левъ XIII благоволилъ вселаскавшіе удѣлити крестъ „pro Ecclesia et Pontifice“ слѣдуючимъ:
- |   |
|---|
| Пану Степану Жарскому мѣщанину въ Белзѣ |
| „ Онуфрію Якубовичу „ „ Яворовѣ.        |
| „ Михаилу Волошинському „ „ Канчузѣ.    |
| „ Іоанну Вербенцю „ „ Ярославли.        |
| „ Іосифу Мандрыку „ „ Тартаковѣ.        |
- Панъ Аннѣ Романовской мѣщанцѣ въ Сокали.

### Справы вдовичого Института.

Вдовично-сиротинській Институтъ Епархіи Перемиської получилъ датки, которіи Упр. Комисія підъ Ч. вд. пр. 205 изъ 1889 г. симъ квитує.

1) Ч. вдов. прот. 37 изъ 1889. Посередствомъ Прч. деканального уряду Сяноцкого прислали рочніи датки за г. 1888.

1. Свящ. Володимиръ Полянскій	7 зл.	13. Свящ. Левъ Сембраторовичъ	7 зл.
2. „ Володимиръ Бачинскій	7 „	14. „ Мих. Шатинській за 1888	12 „
3. „ Володимиръ Хомицкій	7 „	и за г. 1889	2 „
4. „ Іоаннъ Крыницкій	7 „	15. „ Іосифъ Москаликъ за г. 1880	1 „
5. „ Николай Ивановскій	7 „	за г. 1881	2 „
6. „ Іоаннъ Гамерскій	7 „	за г. 1888	7 „
7. „ Антоній Лавровскій	7 „	16. Впр. В. Чемарникъ	12 „
8. „ Александръ Зубрицкій	7 „	17. Свящ. Володимиръ Бачинскій	
9. „ Викторъ Саламонъ	12 „	за г. 1887	1 зл. 28 кр.
10. „ Петръ Дуркотъ	7 „	18. „ Мих. Добрянскій	
11. „ Мих. Грында до кор. фон.	50 „	за г. 1887	2 „ 33 „
12. „ Михаилъ Добрянскій	12 „		

Всего 183 зл. 61 кр.; тую квоту вписано до Ч. конс. 80 изъ 1889 г. а до касов. пост. 246 изъ г. 1888.

2) Ч. вд. пр. 38. Посредствомъ Прч. деканального уряду Корснянского прислали за г. 1888 рочніи датки:

1. Свящ. Іоаннъ Копыстянскій . . .	7 зл.
2. " Феодоръ Мерена . . .	7 "
3. " Левъ Мѣйскій . . .	12 "
4. " Андрей Прухницкій . . .	7 "
5. " Евстахій Пелехъ . . .	7 "
6. " Александръ Прислопскій . . .	7 "
Всего	47 зл.

Квоту тую вписано до Ч. конс. 94 изъ 1889; а до кас. пост. 247 изъ 1888 г.

3) Ч. вд. пр. 39. Черезъ Прч. деканальный урядъ Жукотинскій прислали рочніи датки за г. 1888:

1. Свящ. Онуфрій Ганкевичъ . . .	12 зл.	8. Свящ. Димитрій Габла . . .	7 зл.
2. " Навель Стукачъ за г. 1888 . . .	10 "	9. " Корнилій Яворскій . . .	7 "
а до коренного фонда . . .	20 "	10. " Ілля Присташъ . . .	7 "
3. " Левъ Бѣрецкій . . .	7 "	11. " Михаиль Зубрицкій . . .	7 "
4. " Димитрій Марчакъ . . .	7 "	12. " Василій Фидыкъ . . .	7 "
5. " Іосифъ Гамерскій . . .	7 "	13. Прч. Феофіль Турчмановичъ . . .	7 "
6. " Михаиль Флюнтъ . . .	7 "	14. Свящ. Алойсій Полянскій . . .	7 "
7. " Максимъ Калиничъ . . .	7 "	15. " Феодоръ Борисъ . . .	7 "

Всего 133 зл. квоту тую вписано до Ч. конс. 117 изъ 1889; а до кас. пост. 251 изъ 1888 г.

4) Ч. вд. пр. 40 изъ 1889. Посредствомъ Прч. деканального уряду Лѣского прислали за г. 1888 рочніи датки:

1. Прч. Александръ Пундыкевичъ . . .	12 зл.
2. Свящ. Аѳанасій Венгриновичъ . . .	12 "
3. " Михаиль Ясеницкій . . .	12 "
4. " Болеславъ Калужняцкій . . .	7 зл.
5. " Корнилій Менцинскій . . .	12 "
6. " Андрей Габла . . .	7 "
Всего	62 зл.

Датки тіи вписано до Ч. конс. 122 изъ 1889; а до кас. пост. 248 изъ г. 1888.

5) Ч. вд. пр. 41 изъ 1889 г. Свящ. Іосифъ Москаликъ катихитъ гимназ. въ Сяноцѣ уплатиль:

а) за г. 1879 . . .	4 зл.
б) " 1880 . . .	6 "
Всего	

10 зл.

Квоту тую вписано до Ч. кон. 132 изъ 1889 г. а до кас. пост. 249 изъ 1888 г.

6) Ч. вд. пр. 42 изъ 1889. Свящ. Тимоѳей Дорошъ, парохъ въ Розсохахъ, дек. Старосольского переказомъ почтовымъ:

а) до коренного фонда . . .	2 зл. 40 кр.
б) за г. 1888 датокъ роч.	2 " 60 "
Всего	

5 зл.

Датокъ сей записано до Ч. кон. 133 изъ 1889 г. а до кас. пост. 250 изъ 1888 г.

7) Ч. вд. пр. 46 изъ 1889. Свящ. Іосифъ Губицкій новопоставленый Пресвитеръ и завѣдатель Чорнорѣкъ дек. Короснянского зложилъ до коренного фонда 160 зл. котору то квоту вписано до Ч. конс. 218 изъ 1889 г. а до кас. пост. 255 изъ 1888 г.

8) Ч. вд. пр. 47 изъ 1889. Свящ. Константина Павловскій парохъ изъ Сухой-Воли дек. Олешицкого присягъ за г. 1888 датокъ въ квотѣ 7 зл. що записано до Ч. кон. 217 изъ г. 1889 а до кас. пост. 256 изъ 1888 г.

9) Ч. вд. пр. 48 изъ 1889 г. Прч. Деканъ Бѣцкій присылае отъ Свящ. Клиmentа Копыстянского, пароха Регетова рочний датокъ за г. 1888 въ квотѣ 7 зл. 75 кр. котору то квоту вписано до Ч. конс. 216 изъ 1889 г. а до кас. пост. 257 изъ 1888 г.

10) Ч. вд. пр. 51 изъ 1889 г. Посредствомъ Прч. деканального уряду Олешицкого присягъ за г. 1888 рочніи датки:

1. Прч. Викторъ Киверовичъ . . .	12 зл.
2. Свящ. Софроній Кульматицкій . . .	12 "
3. " Михаилъ Венгриновичъ . . .	7 "
4. " Іосифъ Дуркотъ . . .	7 "
5. " Іоаннъ Ванковичъ . . .	12 "
6. " Іоаннъ Сухій . . .	7 "
7. " Антоній Весоловскій . . .	7 "
8. " Антоній Шведзицкій . . .	7 "
Всего	
	71 зл.

Датки тіи вписано до Ч. конс. 194 изъ 1889 г. а до кас. пост. 254 изъ 1888 г.

Отъ упр. Комисіи вдовъ и сиротъ по Священникахъ Еп. Перемышской.

Касієръ  
*M. Kopko*

Предсѣдатель Института  
*M. Подолинський.*

Секретарь  
*O. Полянський.*

## Случаї душпастирськії.

6. Початковый безплатный урядникъ въ Перемышли сирота по священнику АЕпархіи Львовской, не маючи жадного удержанья, находить притулокъ у колеги зъ лавы школьной своего небоща отца пароха въ найблишомъ сусѣдствѣ Перемышля въ селѣ Н. зъ отки щоденно случайною фѣрою до канцеляріи своего уряда дѣстаетъ ся. Убѣдивши ся заблаговремено о истинѣ слобъ св. писанія „не добре есть человѣкови самому быти“ а познавши блисше дѣвицю Н. такожъ сироту по священнику, учительку въ дочерной Б. до гр. кат. парохіи въ Н. належачу, повзяль рѣшительне намѣреніе одружитися съ нею, скоро только дѣстане адютумъ. Мимо заходячой перепоны сродства въ III. ровномъ степени, Аморъ, якъ на теперѣшни часы не богато потребовалъ трудити ся, и сказане „positis de lege ponendis“ уже и стало ся. Довѣдавши ся о семъ фактѣ гр. кат. парохіяльный Урядъ въ Перемышли, зъ увагой на „domicilium legale“ жениха урядника, котре становить „competentiam parochi“ и многїй іннїй каноничнїй и неканоничнїй причины, вносить жалобу противъ гр. кат. парох. Уряда въ Н. и то на „неважность сопружества“ pro foro civili, зъ взгляду на тое, що въ властивомъ „domicilium“ жениха оповѣди не были съ всемъ гоштіемъ. Цѣкавость, чи парох. Урядъ въ Перемышли выграє справу?

7. Въ певномъ мѣсточку находитъ ся церковь и костель. Настоятель обохъ па-

рохій жиуть въ рѣдкой згодѣ и заховують якъ найсовѣтнѣйше приписы „Конкордії.“ Не дивноproto, що коли въ послѣдніи дни часу пасхального надойшоль храмовий праздникъ въ костелѣ, собираючій звычайно велике множество вѣрныхъ обохъ обрядовъ, и нашъ душнастырь спѣшить тамже въ имя священнической взаимности, щобы взяти участіе въ трудахъ около спасенія душъ людскихъ. Засѣвши до сповѣdalъницѣ и натрафляючи случайно на грѣхи задержаніи, яко священникъ рускій разрѣшае и то прямо не только латанниковъ отъ епархіальнихъ резерватовъ рускихъ, але и Русиновъ отъ резерватовъ латиньскихъ, оправдаючи свое поступованье тымъ обстоятельствомъ, що то конецъ часу пасхального въ котрому на кождый случай розрѣшеніе удѣляти ся має.

По совершеномъ священнодѣйствію, Настоятель лат. прихода заставляє „вечеру велю“ для потрудившихъ ся. По звычайному пред словію о домашніхъ и господарскихъ клопотахъ, коли то уже вино „безъ блуда“ на добре „воселить серця“ собраныхъ, зачинається межи юнійшими розумѣєся „abstractis abstrahendis“ дискусія на тематѣ: отпустовъ и резерватовъ въ загалѣ и особенности. Посередъ доказовъ „pro“ „contra“ нашъ душнастырь не отступає отъ своего убѣженія, которого держалъ ся въ сповѣdalъницѣ. Заходитъ вопросъ, чи оно оправдане чи нѣ?

8. Жидовка незамужна а бременна приходитъ до пароха и заявляє желаніе принятии св. Тайну Крещенія. Урадованій парохъ, що надає му ся способність одну заблужду бвцю позыскати для церкви, умѣщає єю въ безпечномъ передъ инновѣрцями домъ, занимає ся старанно обученiemъ еї въ правдахъ Вѣры гр. каѳ. и прѣвилахъ жизни и тѣшитъ ся дуже видячи велику понятливость у жидовки и успѣхъ еї въ науцѣ. Ведя обчисленія пароха св. Крещеніе не скорше якъ за мѣсяць можна было жидовцѣ удѣлити. Въ межичасъ заходить важне обстоятельство, ото доносять пароху, що речена до принятія св. Крещенія приготовляюча ся жидовка уродила хлопця и усильно просить черезъ людей пароха, щобы быть ласкавъ еї слабе дѣтя окрестити.

Цѣкавость якъ въ томъ случаю поступитъ парохъ — чи удоловитъ желанію матери чи нѣ?

9. Невѣста N. по долихъ надаремныхъ вывѣдованяхъ ся о житю на вѣйну удавшого ся свого мужа П. пріймає до веденія господарства паробка M., заходитъ съ нимъ въ любовніи сношенія а тыхъ слѣдствіемъ было рождество дѣтины. Женщина N. заявляє пароху, що отцемъ той дѣтины есть паробокъ M. той послѣдній не только що не отперає ся, але просить пароха, щобы го до метрикъ записаль яко отця той незаконно рожденной дѣтины.

Якъ въ томъ случаю поступитъ собѣ парохъ?

(Отвѣты слѣдують.)

Отъ Еп. Консисторії.

Перемышль, дня 30. Марта 1889.

Іоаннъ

Епископъ.

Кароль Волошиньскій,  
prov. канцлеръ.